

---

DE  
INNUMERIS CURVIS ALGEBRAICIS,  
QVARUM LONGITUDINEM PER ARCUS  
PARABOLICOS METIRI LICET.

Auctore  
L. E U L E R O,

---

*Convent. exhib. die 3 Iunii 1776.*

---

§. 1.

Non ita pridem ausus sum duo theorematum prorsus memorabilia in medium proferre, quorum altero statui: *nullam dari curvam algebraicam, cujus longitudo indefinita per quempiam logarithmum exprimi queat*; altero vero affirmavi: *praeter circulum nullas alias dari curvas algebraicas, quarum longitudo cuipiam arcui circulari esset aequalis*. Veritatem equidem horum theorematum gravissimis rationibus confirmare sum annisus; interim tamen fateri cogor, omnes has rationes a solida demonstratione, cujusmodi in Geometria desiderari solet, adhuc plurimum abesse.

§. 2. Facile autem intelligitur totum hoc negotium felicissimo successu confectum iri, si sequens problema resolvere liceret: *Proposita formula differentiali quacunque  $V \partial v$ , ubi  $V$  sit*